Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35421
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



37.

Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Domine deus rex celestis deus pater omnipotens. Domine fili vnigenite ihesu christe. Spiritus et alme orphanorum paraclite. Domine deus agnus dei filius patris. Primogenitus Marie virginis matris. Qui tollis peccata mundi miserere nobis. Qui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram. ad Marie gloriam. Qui sedes ad dexteram patris. miserere nobis. pro marie mentis. Quoniam tu solus sanctus Maria sanctificans. Tu solus dominus Mariam gubernans. Tu solus altissimus Mariam coronans. ihesu christe. Cum sancto spiritu in gloria dei patris. Amen.

Credo in vnum deum

Credo in vnum deum

Credo in vnum deum. Patrem omnipotentem factorem celi et terre visibilium omnium et invisibilium. Et in vnum dominum ihesum xpm filium dei vnigenitum et ex patre natum ante omnia secula. Deum de deo lumen de lumine. deum verum de deo vero.